



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

d.par 3:all.78.num.2. & refertur,
etiam inter deces. noniff. Diuers.
par.4.decif.24.

⁵ Controuersias verò, quæ inter
personas ecclesiasticas tam secula-
res, quam Regulares in proces-
sionibus publicis, & similibus ori-
ri solent. Episcopus appellatione
remota cōponere potest ex Con-
cil. Trident. sess: 25. de Regul. c. 13.

S V M M A R I V M.

1. A quo puniendus sit Regularis
delinquens extra claustra.
2. Quando aliqua qualitas requi-
nitur ad exercendam iurisdi-
ctionem, de illa plimè constare
debet.
3. Regularis in delicto deprehen-
sus an possit ad careeres episco-
pales duci.
4. Dic̄tio, statim, qualiter sit in-
telligenda.
5. An possit Episcopus ad capturā
procedore contrā Regularem
notoriè delinquentem, si in de-
lictio non deprehendatur.
6. Quid si timeatur de fuga Reli-
gioſi.
7. Et quid si Regularis intra Ec-
clesiam, vel intra claustra no-
toriè, & cum scandalo deliquerit.
8. Quando alij exempti à Inris-
dictione Episcopi, possint ab eo-
dem Episcopo puniri.



C A P. XVIII.

An, & quando Regularis intra
monasterij claustra degens,
& extra ea delinquens
possit ab ordina-
rio puniri.



Regularis non subdi-
tus Episcopo, qui
intra claustra mo-
nasterij degit, & ex-
tra ea ita notoriè
deliquerit, ut po-
pulo scandalo sit, Episcopo in-
stante à suo Superiori intra tem-
pus ab Episcopo præfigendum
leuerè citi puniendus, ac de pu-
nitione Prælatus regularis Epi-
scopum certionem facere debet:
alias à suo Superiori officio pri-
uandus est, & delinquens ab
Episcopo puniri potest ex Concil.
Tridentino sess: 25. de Regul. c. 14.

Si vero Superior in Regularē
delinquentem non animaduer-
terit, sed illum impunitum ad
alia sui ordinis loca extra Epi-
scopi dicecim transmiserit, re-
netur Superior instante Episco-
po intra terminum ab eodem
Episcopo præfigendum, Regu-
larē delinquentem à loco, ad
quem transmissus suit, renocare,
& in quo deliquerit, constituere:
alias penam priuationis dignita-
tum, & officiorum obtentorum,
& inhabilitatis ad illa, & alia in
posterum obtinenda, ac vterius
priuationis actiua, & passiua vo-
cis eo ipso incurrit, quarum pe-
narum relaxatio paue refertur